



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Instrvctio Magistri Novitiorvm**

**Juan <de Jesús María>**

**Coloniæ, 1613**

Cap. 3. De Instructione fratrum professorum, qui ad officia designantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48543](#)

neque nouarum rerum curiositate se  
allici sinant. Experimento enim quoti-  
diano patet, animam rerum sacerdotalium  
curiositate dissipatam, difficulter ad-  
modum sese colligere, & ad rerum ce-  
lestium meditationem reuerti.

**Cap. 7. De Instructione fratrum  
professorum, qui ad officia  
designantur.**

1 **D**ifficile est, inter occasiones mul-  
tiplices, virtutis modum mediū  
vetenere. Si enim, qui diu sancte cō-  
ixerunt, sibi ab occasione timent; quis  
non planè fateatur, rem sanè miram es-  
se, inter occasiones, inculpatè versari!  
Res certè perspicua est. Quapropter  
Magister nouos professos præmuniet,  
ad officia sancte gerenda.

2 Monebit, ut Instructiones officiorū  
exactè obseruent; & siquid ibi non de-  
cretum occurrat, ad ipsum perferant,  
ut modos perfectè agendi præscribat.

3 Hortabitur ad perfectissimum mo-  
destiæ, ac silentij cultum: ne scilicet ex-  
istiment, quia ad officia præstanta & lo-  
qui, & intueri, necesse sit, omnem idcir-  
co ocu-

cooculorum, linguæq; licentiam, sibi  
permitti. Pessimè quippè agent, si absq;  
Deitimore, officijs ad eam laxitatem  
abutantur. Regula sit, eos ministros, si-  
ne peculiari Superioris venia cum ne-  
mine loqui posse, ijs verbis exceptis, que  
ad expedienda negotia, necessaria  
sunt.

4 Moneat Magister ut nullum familia-  
ritatis genus, cum externis contrahant;  
sed se totos Deo, & Superioribus ser-  
uent. Quod certè obtinebunt, si Dei pre-  
sentiæ immemores non sint, & in ijs of-  
ficijs, Dei causam se agere perpendant.

5 Exhortetur Magister, ut comiter, ac  
suauiter cum externis agant omniaq; il-  
la sollicitè vitent, quibus animos exaf-  
perare possint. Quod sanè præstabunt, si  
omnia tempestiuè expedire, & perso-  
narum discriminem obseruare nitantur:  
quemadmodum fratres nostri, Dei gra-  
tia, consueuerunt.

Cap. 4. *Despirituali professorum  
Instructione.*

I Ta Magister professos fratres debet  
instruere, vt persuadeat, quicquid  
h 3 intra